



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 23. De depositione, & degradatione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

tales exercitium enim non sufficit sola reconciliatio cum Deo, sed requiritur specialis absolutione à suspensione ipsa, nisi fuerit ea conditionalis, conditioque fuerit expleta.

C A P V T X X I I I .

De depositione & degradatione.

S U M M A R I V M .

50. Differentia inter suspensionem & depositionem ac degradationem, & harum duarum differentia inter se.
 51. Quando depositio fit censenda verbali, & quando actualis.
 52. Verbalis degradatione qualiter fit facienda secundum Concilium Tridentinum.
 53. Quomodo sit iniuste affecta, & differant degradatio verbalis & actualis.
 54. Actualis priuat privilegio Clericali; non autem verbalis.
 55. Verbalis & tantum degradatus potest restituiri ab Episcopo: & degradatus actualiter potest a solo Papa.
 56. A ianuam apud dios authore pro soro externo videnda.

DEPOSITIO & degradatione non ponuntur in numero censoriarum, quoniam haec sunt poenae medicinales, & illae sunt tantum vindicativae. Eadem autem, ut artigit Sylvestris verbo Degradatio, in principio, priuat quidem ipsum rebus quibus suspensio, sed aliter: nimis ut ab ipso restitutionis in existimatum statum et sumque eoramdem bonorum, iuxta Cap. Si quis Episcopus damnatus, & cap. Tengualdus, 11. quarto tertius, & cap. Veritatis, De dolo & contumacia, in fine: que spes non tollitur per suspensionem. Hinc differentia alia accedit, quam late tractat Suarez tomo 5. disput. 30. sect. 1. quod suspensio à beneficio, priuat tantum fructibus beneficii, & depositio à beneficio, priuat eodem; & cum suspensio à iurisdictione, priuat illius ipsius, depositio à iurisdictione, priuat illius possessionis, & quasi dominio. Depositio autem ab ordine non potest ordinem priuare, quia si amittit non potest, ut nec charater illius deleri.

An autem priuat beneficio habitu, idem ibidem disputum 13. & aliquot sequentibus: explicatque distinctionem; inquit, impositam à iure non priuare, quia aequiparatur irregularitat, quae talis priuatione non inducit. Item, quia nullalege habetur declaratum, depositionem ab officio includere depositionem à beneficio: neque pena amplianda est ultra vim verborum legis. Imposita vero ab homine posse probabilitatem censeri priuare: quia qui dignus est perpetuo priuari officio, propter quod datur beneficium, dignus est etiam priuari beneficio ipso. Qualis priuationis meritis à iudice, quando homo ratione delicti, scilicet in eo statu constituit, ut talis pena fit ratio sententiae, tanquam delicto proportionata. Porro beneficium habendum etiam depositio à iure imposita impedit: sicut irregularitas, propter impedimentum quod adferre sequendū officium eidem beneficio annexi.

Cum autem duplex distinguitur degradatione in cap. 2. De penitentiis 6. una verbalis, & altera actuosa; illam peculiariter significari nomine depositionis, confirmari, potest ex verbis cap. Ad audiencem, De criminis falsi, cum dicitur: verbalis degradatione seu depositio; illa enim particularis distinctione, si uideat inter degradationem verbalem & depositiōem esse differentiam, tantum nominis, non autem rei.

Aduerte tamen depositionem duplimentem esse: unā in qua tanquam absoluta sifitur, qualis censetur omnis ea que imponitur à iure: ut in cap. 2. distin. 50. & in cap. 5. finali, De homicidio in 6. Alteram, quae via est ad degradationem, & exercenda ab Episcopo, tanquam degradationi præmittenda (vnde nunquam imponitur à iure: nec incurritur ipso facto) istamque esse, que degradatione verbalis appellatur. Tunc autem ea contingit cum depositionis sententia ab Episcopo proprio, vel ab alieno de ipsius commissione tertior in aliquem sine ea solemnitate, qua degradatio auferuntur insignia sui ordinis. Actualis vero, sine solemnis (quemadmodum vocatur, tam in cod. cap. 2. tum in Concil. Trident. sect. 13. cap. 4. De reformat.) cum ab eo qui degradatur,

imitatione exauthoratiois armata militia, vestimenta, & singula insignia ordinum auferuntur, incipiendo ab eo quod ultimum traditum fuerat in ordinatione, descendendo gradatim usque ad primum quod datur in collatione primæ tonsuræ abradingo que ac tondendo ipsius caput, ne tonsuræ seu Clericatus vestigium in eo remaneat, iuxta extum expressum in eod. cap. 2. ubi plenus de hac re agitur, proposita etiam formula verborum, que potest usurpari in tali exauthoratio. In quibus, cum vix quidquam faciat ad Confessarii institutionem, nihil est quod immoremur: vt nec in eo quod ibidem habetur de verbalis degradatione; si ea sit Clerici constituti in maioribus ordinibus, debere à proprio Episcopo fieri, assistente certo à canonibus definitio numero Episcoporum: sex nimirum, sit degradandus sit Sacerdos: vel trium, si Diaconus, ex ea. Felix, & sequenti 15. quæ 7. (Idem quod de Diacono esse dicendum de Sebdiaco, docet glossa ad memoratum cap. 2. verbo *Canonibus*) vel demum duodecim, si degradandus sit Episcopus, ex eodem cap. Felix. Si autem degradatione fit Clerici constituti tantum in minoribus ordinibus, satis esse proprij Episcopi sententiam absque aliorum Episcoporum praesentia, vt in memorato cap. 2. §. 1. expressum est; et si ut glossa admonet ibidem ad verbum *Præsentia*, Capituli proprij praesentia requiratur.

Verum non est silentio prætereundum, his à Concil. Trident. sect. 13. cap. 4. De reformat. derogatum esse per illud quod statut, licet Episcopo per se, seu Vicarium suum in spiritualibus generalem, contra Clericum in sacris etiam Presbyteratus ordinibus constitutum, ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem: & per seipsum etiam ad actualē & solem̄ degradationem ab ipsi ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, in casibus in quibus aliorum Episcoporum praesentia in numero à canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere: adhibitis tamen, & in hoc sibi assentibus totidem Abbatibus, sum in tra & baculis priuilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate aut Diocesi reperiiri, & commode interesse possint: alioquin aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, quae state graues, ac iuri scientia commendabiles existant. Hec Concilium. De eo quod tales debeat assistere tanquam affl. flores ad f. rendam sententiam; itau suffragia petenda sint à singulis, nec Clericus condemnari possit nisi major pars consenserit; videri potest Suarez disput. 30. sect. 1. numero 20.

SIC AVTEM inter se affecta sunt duas illæ species degradationis: ut actualis degradatione sit quadam executio verbalis degradationis, quemadmodum habet Angelus & Sylvestris verbo Degradatio, ille in principio, & hic numer. 1. s. b. finem. Differunt vero primo, quod actualis (ut habet quoq; Sylvestris ibidem, & patet ex Pontificali Romano, fol. 204. col. 4.) non requirit numerum Episcoporum, sicut verbalis: quando quidem, ut predictum est, ea requirit assentientiam Episcoporum, vel aliorum qui vices ipsorum subeant, tanquam iudicium à quibus cognita causa, decerni debet talis pena quae in degradatione actuali supponitur, iam decreta per degradationem verbalem: cuius, tanquam sententia iam latet, executio est.

Secundo differunt (quemadmodum idem Sylvestris in sequenti numer. 8. etiam annotat & ante cum Angelus verbo Degradatio numer. 1. & 2. quod actualis degradatione priuat priuilegio tam fori, quam canonis: itau ex quo aliquis est actualiter degradatus, index secularis possit illum iudicare. Et si, ut addunt idem aii hores, tutius sit per Iudicium Ecclesiasticum, curia seculari degradatum (cum puniendus est) tradi sub ea forma que habetur in Pontificali Romano, fol. 209. col. 3. Vide Sylvestris numer. 4. & 5. Nec item in excommunicatione incurrit qui illum percutserit: Neutrō autem priuilegio degradationis verbalis priuat, ut Angelus & Sylvestris ex Panor. ad ca. ad Abolendā, De hereticis, admonet, nisi potest hanc sequatur incorrigibilitas; quo etiā casu perdit omne priuilegium Clericale, secundum unum intellectum Capit. 1. um non ab homine, De iudicis; quam communem sententiam esse notat Couar. cap. 32. præclarum quae stionum, nu. 2. et si illa non admittat quoad constitutos in maioribus ordinibus. Immo illa absolute reiiciat Suarez' tom.

disput.

5. disput. 30. scil. 2. num. 7. & 8. ubi videndum est, vt & Co-
uar. in toto illo 32. capite. Quorum singularis eruditio, &
diligentia in expendendis difficultibus multum valet re-
primenda licentiam, quam sibi sumunt aliqui Clericos
non degradatos actualiter supplicio afficiendi, praetextu in-
corrigitatis ipsorum. Neque est, quod se tuncantur cita-
to Cap. Cum non ab homine. Nam ipsum facere pro me-
morata communis sententia, Suarez in cit. num. 7. bene pro-
bat ex eo, quod ibidem statutum depositum incorrigibilem
excommunicari debere, atque anathematice feriri atque
brachio seculari puniendus tradatur.

55. Tertio, differunt, sicut adhuc notat Sylu. in verbo *Casus*,
num. 2. *caſu* 6. quod restitutio illius qui verbaliter solummodo
degradatus est, fieri possit per Episcopum, quod etiam
patet ex Pontifici Romano, fol. 205. col. 1. Vbi habetur,
quod si Episcopus deponens, euidenter agnoverit in post-
rum emendationem vitæ, & morum depositi, vel forte sen-
tentiam suam iniustum fuisse, possit ei de iure misericorditer
restituere graduum, & ordinum executionem. Restitu-
tio vero illius qui est degradatus a qualiter fieri tantum pos-
sit à Summo Pontifice, quod iam non est in vnu, cum mors
soleat eam statim sequi.

56. Porro, quæ criminis digna sint degradatio, & ob-
quæ debeat degradatus tradi brachio seculari, videri potest
apud eundem Sylu. in verbo *Degradatio, quaſi 2.* Superest ad-
dendum pro præxi nobis proposta, illud quo Suarez habet
in eadem sect. 2. nu. 2. degradacionem per se ac primario
quidē esse priuationem ordinum Ecclesiasticorum, & tan-
tummodo consequenter & sic aliorum officiorum, & bene-
ficiorum Ecclesiasticorum, sed ita nihilominus, vt non pri-
uet charactere Clericali, & consequenter, nec obstat quin
actus ordinis à degradato facti, validi sint, quantumcumq;
ipse peccet illos exercendo. Quæ communis Theologorum
sententia est, vt idem auctor notat. Addens, quod non est
silentio prætereundum, eidem degradationi conuenire vt
non priuet oneribus illis, quæ ex ordinatione Ecclesia se-
quuntur characterem ordinis, præsertim sacri, vt sunt ob-
ligatio seruandi castitatem cum inhabilitate ad matrimonium
contrahendum, & obligatio ad horas canonicas recitandas.
Nec enim huius generis poenæ instituuntur ad tollenda o-
nera, sed ad imponenda grauamina, honoresque tollendos.

CAPVT XXIV.

*De casibus, in quibus suspensionis specialiter
incurritur.*

SUMMARYM.

57. Authoræ à quibus tales casus referuntur, & tractantur.
58. Suspensiones à iure imposta Episcopis, & superioribus Prælatis, ac primo, ratione promotionis ad Prelaturam.
59. Deinde ratione collationis ordinum.
60. Exercens Pontificalia in aliena Diaœcis.
61. Ordinans indignum, aut iniurium.
62. Suspensiones que ab ipsis Prælatis incurruunt ratione col-
lationis, aut simoniacæ receptionis beneficij, vel confir-
mationis electi ad beneficium.
63. Que ob malam usurpationem, aut alienationem bonorum
temporalium Ecclesie.
64. Que ob defictum commissum ratione Concilii Provincialis,
aut visitationis.
65. Que ob alia delicta.
66. Suspensionis Capitali, Conventus, aut Collegii ob usurpa-
tionem bonorum à defuncto Prælato relictorum.
67. Suspensiones imposta Iudicibus Ecclesiasticis ob abusum seu
officii.
68. Impositæ Religiosis.
69. Impositæ ratione ordinis ex parte ordinantis.
70. Impositæ ratione ordinis ex parte temporis, vt quia ante le-
gitimam etatem. &c.
71. Impositæ ratione ordinis ex parte ordinacionis.
72. Suspensionis ob ordinacionem abque beneficio, aut patrimonio
sufficienti ad sustentationem.

73. Suspensiones que à Clericis incurruunt ob abusum suorum
officiorum.
74. Suspensiones imposta ob quædam alia Clericorum peccata,
& speciatim quid videatur in hac tenendum de Cle-
ricis duellantibus.
75. Suspensionis Clericis imposta à iure ob concubinatum, aut for-
nicationem notoriam.
76. Responso ad dubium, an sodomita, & simoniacus sic suspen-
dantur, vi exercentes actum ordinis sicut Irregulares.

SPECIALIS consideratio suspensionis versatur in expli-
catione casuum, in quibus à iure incurritur. Cum autem
hi variis sint, quos referunt D. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 2. 3.
& 4. Angelus in verbo *Suspensionis* per totum. Sylu. eodem
verb. num. 6. Nauar. in Enchir. cap. 27. à num. 154. ad 159.
Felicianus in tractatu *De suspensione*, cap. 14. & alij recentiores,
vt Alphonſus à Vinaldo in 2. par. Candelabri aurei,
tractatu *De suspensione*, num. 19. & pluribus sequentibus.
Georgius Sayrus in thesauro casuum conscientia, lib. 4. cap.
12. & tribus sequentibus. Henriquez in 1. par. sue summæ,
lib. 13. à cap. 36. ad 40. & qui loco fere omnium esse po-
test, Suarez tomo 5. in 3. partem D. Thomæ, disput. 31. Re-
ferunt autem eos nonnulli in magno numero, vt à Vinaldo
octo, iuxta duos: sed contenti erimus certa distinguere capita,
ad quæ illi possunt revocari, propositis in exemplum vſita-
toribus. Quia igitur suspensioni à iure subiici possunt, tum
Episcopi & Prælati superiores, tum etiā ceteri Clerici eis-
teriorum, de utrisque dicendum est, ac prius de illis, vt di-
gnioribus.

Suspensiones quæ Episcopi, & Prælati superiores
incurrunt.

SECTIO I.

Illiigitur suspensionem incurrire possunt. Primo, ratio-
ne promotionis ad Prelaturam, vt ex decreto Concil. Tri-
dent. sess. 23. cap. 2. De reformat. elec. & in Episcopum dif-
ferens suam consecrationem ultra tres menses. suspenditur
à perceptione fructuum sui beneficij, ita ut ad horum per-
ceptorum restitutionem teneatur: & ultra tres alios menses
adhuc differens, ipso iure priuat dignitate Episcopali, et
iam si efficit S. R. E. Cardinalis.

SECUNDО, ratio collationis ordinum, vt ordinans Cle-
ricos alienæ Diaœcis sine licentia Episcopi proprii ipsorum
sive scienter, sive affectata ignorantia, vel quocumque a-
lio signamento quæsito, suspenditur per annum à collatione
ordinum, per cap. Eos qui, De temporibus ordinationum
in 6. & Concil. Trid. less. 23. De reform. cap. 8. Vbi addi-
tur, ordinatum tandem suspensus esse à susceptorum ordi-
num executione, quandiu proprio ordinario videbitur ex-
pedire. Quamquam, iuxta sequens cap. 9. excipi debet fa-
miliare Episcopi ordinatis, qui ante ordinationem per tri-
ennium cum eo comparatus est.

Duo notanda concurrunt circa hanc suspensionem.
Vnum est bona fide agentem ab ea excusari (etiam si peccet
negligenter gerens fei in inquirendo quid possit in eo vel
non possit) dummodo ignorantiam non affectaverit; quia
tunc quidquid fit, in mala fide esse confessabitur, neque ex-
cusari poterit. Alterum est, quod gloria ad memoratum C.
Eos qui, verbo *Ordinum*, docet istiusmodi suspensionem esse
à collatione omnium ordinum, etiam si reala collatio circa
vnum tantum contigerit, sicut in Cap. Vel non est cōpos.
De temporibus ordin. iuncta glossa ad verbum *Suspendentes*. ob
malam collationem Diaconatus, decernitur suspensio à col-
latione omnium ordinum. Neg dici potest talē pœnam
excedere culpam: quia licet excedat extensio quadam,
seruatur tamen proportio, qua delinquens punitur secun-
dum suum demeritum.

Deinde Episcopus titularis in quocumque loco, etiam si
nullius Diaœcis, aut exempto, aut quoque Monasterio, si subditum
alterius etiam prætextu continua familiaritatis, aut com-
munitatis sua, absque proprii Prælati expresso consensu,
aut literis dimissorijs, ad aliquos sacros, aut minores ordi-
nes, vel primaria tonsuram promouerit: seu ordinauerit,
suspensus est ipso iure per annum ab exercitio Pontificis; u
& taliter ordinatus, suspensus est ab exercitio susceptorum